



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

8 De recusatione inquisitoris, quando fieri possit à reo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Hinc fit pronuntiata sententia diffinitiva aduersus haereticum posse statim executioni mandari, nec opus esse expectare terminum decem dierum a iure concessum ad appellandum, cum appellatio esse non possit. Vnde dicitur. *Locat. in iud. inquis. verbo appellare. & in verbo sent. n. 3. Rojas sing. 179 n. 2. Dec. er. crim. lib. 5. cap. 20. n. 26. & cap. 58. n. 1. Paramus de origine sanctae Inqui. lib. 3. q. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei n. 58.*

2 Sed quid si haereticus declaratur talis, non ob propriam confessionem, aut restium manifestam probationem, sed ex praesumptione iuris, quia in contumaciam damnatus est, vel quia seipsum occidit ante causam finitam, vel alia via ex qua ius praesumit deictum.

Respondeo ex rationabili causa interponi posse ab haeredibus appellationem, debereque superiorem illi deferre, quia aliqua dubitatio est, an haereticus sit, & locus esse potest defensionis. sic Simanc. *de cath. inst. tit. 6. n. 7. & 8. & in enchirid. tit. 65. rubr. de appell. n. 6. Decian. tr. crim. lib. 5. c. 58. n. 4. Fatim. q. 185. n. 230.*

3 Dubium tamen est, an haereticus sic condemnato liceat Principem superiorem adire via quaerela, & supplicationis, vt sententia data quam iniuste esse praetendit, reuocetur, & annulletur. Negat Simanc. *cath. inst. tit. 6. rubr. de appell. n. 2. Carr. tr. de haer. n. 130.* Ratio esse potest primo, quia indignus est beneficio Ecclesiastico, qui iam ab Ecclesia est inimicus declaratus. Secundo, quia in sententia de crimine lata non admittitur supplicatio ad demonstrandum errorem, sed solum ad gratiam, & remissionem impetrandam a Principe, imo neque haec supplicatio in crimine laeae maiestatis admittitur, vt videtur lancium in *l. quisquis. §. denique. ibi. sine venia. Cod. ad leg. Iuliam maiest. & probat Rebuff. *comm. ad const. regis Gallia. tom. 1. tr. de suppl. in praefat. n. 71. Men. de arbir. q. 70. n. 44.* At credo contrarium esse probabilis, primo, quia interdicta appellatione non censetur recurri ad Principem interdictum in causis grauis praedicti, vt late probat Roland. *conf. 94. n. 1. & seq. lib. 1. Men. de arbir. q. 70. n. 18.* Secundo superior iudex non prohibetur de praesentia iniusta sententia cognoscere, & eam reuocare, quia hoc recte gubernationi conuenit. Ergo non sunt prohibiti rei ad eum supplices & quaeruli pro tali cognitione, & reuocatione accedere. Tertio ipsemet iudex superior supplicati potest a sententia a se lata, vt iterum illam recognoscat, & si inuenit iniustitiam, reuocet, & annullat. Ergo id a fortiori fieri poterit in sententia lata inferioris & ita tradit in crimine haereticis Felin. in *cap. ad abolendam n. 3. in fine. de haereticis vers. sed aduerte. Rojas sing. 19 n. 5. & seq. Dec. tr. crim. lib. 5. cap. 58. n. 5. Fatim. q. 185. de haereticis. n. 233.**

4 Verum etiam haereticis appellatio non concedatur a sententia declaratoria haereticis: & a sententiis, & actibus interlocutoriis omnino conceditur, tradunt omnes Doctores, vt testatur Rojas *sing. 19. Simanc. cath. inst. tit. 9. rubr. de app. n. 3. & in enchirid. tit. 65. eadem rubr. de appell. n. 2. Eymer. 3. p. direct. rubr. de appell. n. 121. & ibi Pegna *com. 31. vers. ab interlocutoriis Fatim. q. 185. n. 232. Param. de orig. sanctae Inquisit. lib. 3. q. 4. n. 60.* & alij plures. Ratio esse potest, quia huiusmodi actus, & interlocutoriae sententiae ad intelligendam veritatem, an reus commiserit haereticum, procedunt. Dum ergo id certum non est, sed aliquid tergiuersatione clari potest, beneficium appellationis, non debet denegari. Debet tamen in appellatione inferri, & allegati causi appellationis, aliam appellatio non subsistet, *cap. ut dicitur. cap. cum remissam. c. cum sit Romana. de app. & tradit Bonifacius de Vitalis Clem. appellanti de appellationibus, a n. 24. Pegna direct. 3. part. comm. 31. vers. n. autem Fatimac. multis exorians q. 101. tit. de variis, ac diuersis questionibus n. 158. & de haereticis. q. 185. n. 232.**

5 Hinc inferitur in sententia, seu decreto torture dari posse appellationem, quia est actus interlocutorius ad erudendam veritatem, & probat manifeste textus in *l. 2. C. de appell. recip. ibi. ante sententiam appellari potest si questionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali si contra leges iudex hoc faciat sic tradit Pegna *loc. alleg. Simanc. in ench. viol. vel. tit. 52. rubr. de torm. n. 11. & tit. 65. rubr. de app. n. 2. Fatim. q. 185. n. 139. Clar. pr. §. in q. 64. vers. sed quid agendum.* Verum est regulariter per appellationem a sententia interlocutoria non ligentur manus iudicis, sed possit in causa procedere torture, eo quod continet damnum irreparabile, vt cum Lancel. *tr. de attentati. c. 12. lim. 1. n. 1. probat Fat. q. 38. n. 12.* Solum excipiendus est casus, quo euidenter constat frivolum allegari causam appellationis: tunc enim omnino reiicienda est appellatio, & ad torturam procedendum, vt generaliter scripsit Follet. *erim. verbo si confitebuntur in 3. p. tertiae partis post n. 50. & probat text. in c. cum appellationibus de app. in 6. vbi appellationibus frivolis nec iura deferunt, & ex textu in l. 2. ff. de app. recip. argumento a contrario sensu a verbis legis, quod in iure est effectus, cum enim lex dicat recipiendam esse appellationem si contra legem iudex faciat, efficitur sane reiiciendam esse, si iuste, & debite procedat: & in propriis terminis haereticis docuit Pegna *com. 31. vers. quaedam autem sunt. vbi ad propositum refert. instructionem Madrilianam editam anno 1561. e. 50. quam vbi***

que seruandam esse docet, consentit Fat. *de haereticis. q. 185. n. 235.* Deinde esto iudex ad quem debeat cognoscere, an legitime appellatum sit quando dubium est, an subsistat appellatio. At in causa manifesta frivola appellationis iudex ad quo cognoscit. Alias nunquam esset verum reitice posse iudicem a quo appellationem, & in executione sententiae interlocutoriae procedere, sic alius relatis Fatim. *lib. 1. praxi. tit. 5. q. 38. n. 29.* Dixi, in causa manifesta frivola appellationis, quia in casu dubio, siue dubium sit iuris, siue facti, iudex a quo superfedere debet, & expectare, quid iudex ad quem pronunciet, ne periculo exponatur grauidi iniuste innocenter in iis quae irreparabilia sunt, sic Fatimac. *q. 38. n. 30. Pegna 3. p. direct. com. 31. vers. quaedam autem.*

6 Sed inquires ad quem sit appellandum ab iis interlocutoriis sententiis, & quoties in causis fidei permittitur appellatio. Cui dubitationi breuiter respondeo in Hispania ad Inquisitionem generalem, qui visis actibus, & processu in senatu Inquisitionis, appellationem vt illegitimam repellit, vel illam iudicari admittendam, in Italia ad senatum Sacrosanctae Romanae Inquisitionis. At in aliis partibus credo ad Pontificem appellandum esse, quod omnino certum est, si sententia a solo Inquirente lata sit, quia a delegato ad delegatum appellatio facienda est, & super quibus, porro, de officio delegati. Imperator. ff. de app. precipians. §. huic C. de appell. & Inquisitor Sedis Apostolicae est delegatus. Si vero sententia lata sit ab Episcopo, & Inquisitor simul, cum tunc vt delegati Sedis Apostolicae procedant, ad Sedem Apostolicam provocandum est. Et idem est, cum Episcopus procedat aduersus exemptos. Quapropter solum est difficultas, quando Episcopus ratione officij, & ex iure ordinario aduersus haereticos non exemptos procederet. In quo casu Pegna *de haereticis com. 31. circa medium Fatim. q. 185. n. 240.* probabilis existimat ad Sedem Apostolicam esse provocandum, cuius est causae graues terminate. At grauisima est causa, quae fidem spectat Nihilominus non caret probabilitate ad Metropolitanum posse appellari, vel ad Pontificem, omisso Metropolitanum, sicut in aliis causis, iuxta *c. si duobus. de app. e. quoniam. c. ad Romanam. c. q. 6. Neque obstat textus in c. maiores, de baptismo. vbi deciduntur causas graues non nisi Pontificis auctoritate terminandas esse, quia iudicare de legitimitate appellationis, & de causa, ob quam appellatur, non est ita grauis, quae Pontificis auctoritatem expostulet, aliis neque in prima instantia ab Episcopo iudicari, & terminari possit. Si enim contumacia esset, an hoc, vel aliud de fide sit, huius quaestionis terminatio Pontificem spectat, vt potest summae Ecclesiae necessaria. At quando contumacia est, an aduersus fidem hic deliquerit, quae potius est quaestio de facto, quam de iure, deest illius non est ita Ecclesiae necessaria, quae non possit ab aliis praeter Pontificem deceri.*

7 Aduerto tamen posse Inquisitionem interposita appellatione, imo illa admitti procedere aduersus appellatorem, si ex alia causa scilicet ex alia noua haerese fuerit appellans denunciatus, quia appellatio solum suspendit exercitium iurisdictionis in illa causa, in qua contingit appellatio, non in aliis. Excipit nisi causa appellationis fuerit suspicio iudicis: tunc enim, quia acquiritur in omnibus causis procedit, non poterit iudex reum compellere ad respondendum in aliis causis, nisi forte fuerit ad id graues & manifesta, vt ipsamet grauitate, & manifestatione reus condemnatus existat, vt probat text. in *cap. propositus de app. in finibus. index tamen, a quo appellatur, quia illi omnino suspensus est, non debet ad respondendum super aliis compellere. nisi pro crimine ad eod. graui. & manifesto, quo ipso actu merito sit aduad.*

PUNCTVM VIII.

De reuocatione Inquisitionis, quando fieri possit a reo.

- 1 Inquisitor recusari potest, tamen si multi contrarium sentiant.
- 2 Grauis causa ad hanc reuocationem expostulatur.
- 3 Quis debet cognoscere de causa recusationis.

1 Non desunt graues Doctores, qui negant recusari posse eo quod sit delegatus ad vniuersitatem causam qui ordinario comparatur, in quem reuocatio cadere non potest, vt dixit Sigismund. Scaccia *tr. de iud. cap. 67. n. 7. Menoch. de arbir. q. 37. in fine. num. 4. lib. 1. Rojas singul. 100. & in tr. de haereticis. 2. part. de priuileg. inquisit. n. 435.* At quia consuetudine receptum est reuocationem fieri, & admitti, pluresque Doctores non infimae notae sentiunt id fieri posse allegata, inquam, causa reuocationis, vt multis comprobatur Eymeric. *3. part. direct. n. 130. & Pegna com. 30. Fatim. de haereticis. q. 185. n. 236. Simanc. cath. inst. tit. 17. rubr. de defensione reorum. n. 51. & in enchirid. tit. 65. rubr. de appell. n. 2. & alij Ideo videndum est, quid in ea obseruandum sit.*

2 Primo statuendum est pro certo, grauem causam ad hanc reuocationem expostulari, cum enim Inquisitionis officium, non nisi prudentia, doctrina, & virtute praeditis concedatur, praesumptum non potest suspensus ex leui causa, sic Eymer. Pegna. *Symac. Fatim.*

Farinacius supra. Causam autem grauem vocant relati Doctores iniuriam capitalem, aut grauem. Secundo dicendum est facta reculatione, etsi de rigore iuris arbitri essent eligendi, vnus ex parte iudicis recufati, alius ex parte rei recufati, qui de causa allegata in reculatione cognoscere. At decentius, & honestius est, ne iudicium illudatur, ne negotij catholice religionis differatur, niue passi sine causa iniquitates reculerentur, vt causa ad supremum senatum remittatur, qui cognita summarie causa reculationis eam admittat vel repellat, prout in Hispania ex Madriliana instructione seruati testatur Pagna dicto comment. 30. Farinacius n. 239. Interim tamen Inquisitor recufatus procedere non debet, sed si habet collegam, collega procedat, sin minus, causa quieteat. Quae omnia procedunt, cum dubium est causam reculationis esse legitimam; secus si iudicio prudentem manifeste constet frivolum esse, & inane, & solum fuisse appetitam ad iudicium subterfugiendum, cuiusque detinendam.

PUNCTVM. IX.

De tortura inferenda in crimine haeresis.

- 1. Tortura in hoc crimine inferri potest, quando alia legitima probatio deficit.
- 2. Debet tamen procedi de legitima indicia, & sufficiens probatio.
- 3. Vnus testis deponens non de delicto, sed de indicio delicti non sufficit ad torturam.
- 4. Si plures quam duo testes singulares concurrerent ad probationem indiciorum, posset reus subici torturae.
- 5. Dicitur vnus testis de corpore delicti sufficiens ad subiendum reum torturae, tametsi alij contrarium sentiant. Intelligitur dummodo testis sit omni exceptione maior, & reus non sit probate virtutis.
- 6. Socius criminis non probat indicium sufficiens ad torturam.
- 7. Probat tamen, si alio admiculo iunetur.
- 8. Quid debeat index perpendere in depositione socij criminis.
- 9. Fama sua ratione probans indicium sufficiens ad torturam.
- 10. Confessio extrajudicialis sufficiens est indicium ad torturam.
- 11. Sola variatio, & vacillatio non probat indicium sufficiens ad torturam, nisi probabiliter alij contrarium defendant.
- 12. In crimine haeresis omnes alia exempti torquendi sunt.
- 13. Alijs vobis placet lenius esse torquendos, sed non est eorum dictum in iure fundatum.
- 14. Minores, senes, & valetudinarij torqueri possunt pro qualitate virium, excepta muliere pregnantem.
- 15. Reus in tormentis delictum factum debet ratificare, aliud ex eius confessione ibi facta condemnari non potest.
- 16. Facta ratificatione si poenitentiam exposulat, admittendum est, nisi fuerit relapsus: si in errore persistit, debent adduci Doctores, qui illum conuincant.
- 17. Si accedente tempore ratificationis reus renoueat, subiendum tortura iterum est.
- 18. Si tortus sufficiens sit, & in negatiua persistet, absoluedus est.
- 19. Reo conuicto, & confessio, potest tortura inferri pro habendis complicibus.
- 20. Quoties agitur an reus subiciendus sit tortura, debet eius Aduscatu assidere.

Nemini dubium est torturam inferri posse in hoc crimine, cum alia via veritas haberi non potest. Nam prius tentanda sunt omnia alia remedia & in omnium defectum, huius acris, rigidi, periculosi, & fallacis vnus conceditur. Cuiusmodi enim, & coactio non est tortura inferenda, quia tunc iam de delicto constat, & tortura, vt probetur delictum, & inuelligatur veritas occulta adhibetur iuxta textum in l. vi. C. de quesi. ibi, & ex hoc ea quae occulta sunt, reuelari, & l. i. edit. vers. si de quesi. & l. d. Pius, eodem tit. & alijs quae congerit Anton. Gom. tom. 3. variarum. c. 13. n. 20. constat. Modos inferendi torturam, & diligenciam anteriores faciendi, vt veritas eruatur, optime tradit Eymeric. direct. 3. part. rub. de tertio modo terminandi processum, num. 151. & sequentib. & ibi Pagna in addition. comment. 39. Anton. Gomez tom. 3. variarum. cap. 13. n. 23. & 24.

torturam praecedentia debent sufficienter esse probata, dum enim probata non sunt, indicia esse non possunt. Quapropter crede quodlibet indicium de se ad torturam inferendam sufficiens probandum esse duobus, vel pluribus testibus; alias non plene probandum erit, vt pluribus exornat Anton. Gomez variaru resolutionum, tom. 3. cap. 3. rubr. de tortura reorum, n. 18. Clarus practicarum quesi. 22. in princ. Menochius de arbit. lib. 2. casu 270. n. 23. Farinacius lib. 1. quesi. 37. n. 13.

Quocirca vnus testis deponens non de delicto, sed de indicio delicti, v.g. de confessione extrajudiciali, de fama, de fuga, aut alio simili, insufficientis est, vt alijs relatis docent supradicti Doctores, quibus adde Mascard. de probationibus, lib. 1. concl. 462. num. 18. & 19. & conclus. 394. num. 1. & 4. lib. 2. & concl. 1385. n. 32. lib. 3. Pagna ad Elymer. direct. 3. part. quesi. 61. comment. 100. vers. si iam indicia Marti. Delio de quesi. magis lib. 5. in 2. appendice. quesi. 10. Roias tractat. de haereticis. part. 2. n. 289. Quod intelligendum censet, etiam si adesset alius testis deponens de alio indicio, ita vt essent duo testes singulares, quilibet de suo indicio deponens, non redderent reum subiectum torturae; quia vtraque illa depositio non aequiualet probationi concludenti facta a testibus contentibus, vt pluribus comprobatur, probat, & exornat Farinac. q. 37. num. 38.

At si testes singulares plures quam duo concurrerent ad probationem indiciorum, ipsique essent probatae vitae, omnique exceptione maiores, sufficienter ex eorum depositione reus subici posset torturae, quia verisimile non est tot testes talia deposuisse, nisi reus culpabilis existeret. Item cuiuslibet testis depositio, etsi non concludenter probet indicium, aliquam tamen, etsi leuem, facit praesumptionem. Ergo multiplicatis his depositionibus, ex illis resultare potest maior praesumptio, quam ex probatione concludenti vnus tantum indicium, sic Albertin. tract. de agnoscent. assert. cathol. & haeret. qu. 25. n. 20. Carter. pract. in 2. tr. de indic. & tortura, §. sua autem, & qualia debeant esse indicia, n. 6. 8. & 9. Clarus in pract. q. 21. vers. sed pone suad vnus Farinac. loco allegato, n. 38. Adde ad torturam regulariter sufficere vnum indicium, sit proximum, & illatum delicti, & bene probatum: sic post alios Anton. Gomez tom. 3. variarum. cap. 13. n. 8. Gigas de crimine lae. maiest. i. n. 16. Menochius de arbit. lib. 2. casu 331. & de praesumpt. l. 1. q. 89. n. 14. Farinac. q. 37. n. 47.

Quae autem sint haec indicia, quorum quodlibet sufficiens sit torturae subiicendi reum, examinandum est. Et primo dubitatur de depositione vnus testis de delicto, v.g. deponit Petrus de haeresim praedicasse, aut idola adorasse, vel quid simile haereticale fecisse: praeterea eius depositio sufficiens indicium ad torquendum: Non desunt negantes, nisi simul cum depositione vnus testis de delicto fuerit, vel aliud indicium, praesumptioque cocurrat, sic Marfilus consil. 102. n. 10. Notell. pract. in rub. de testibus in mat. crimin. n. 49. Ratio esse potest, quia tortura est poena grauissima, quae reo imponenda non videtur, nisi delictum sit plusquam semiplene probatum. Item dictum vnus testis in criminalibus non semiplene probet, etsi probat in ciuilibus: quibus fauet Albertin. tract. de agnoscent. assert. q. 34. n. 39. Viui. comm. opin. verbo testis vnus de visu n. 2. & seq. Elymer. 3. p. 16. vers. 3. Nichilominus a communi sententia recedendum non est, quae affirmat dictum vnus testis de corpore delicti deponens sufficiens esse indicium ad torturam. Debet tamen testis esse omni exceptione maior. Ratio est, quia tam in ciuilibus, quam in criminalibus testis vnus semiplene probat, cum duo probent concludenter, vt multis relatis docent Anton. Gomez tom. 3. var. c. 12. n. 2. sua. vers. animaduertendum tamen. Pagna direct. 3. p. comm. 110. in medio, vers. ceterum. Menoch. de praesumpt. l. 1. q. 89. n. 7. Farin. q. 36. n. 229. Et ita in proprijs terminis haereticis, sufficere vnus testis omni exceptione maioris depositione docuit post alios Simac. cathol. insit. t. 65. rubr. de tormentis, n. 23. & seq. Elymer. direct. inquis. 3. p. 61. n. 3. vers. secunda regula & n. 8. §. vers. septima regula, & ibi Pagna comm. 110. vers. primo. & seq. Farin. q. 185. n. 129. Zanch. tract. de haeretic. c. 9. & ibi Campegi in addit. list. E. vers. num. quid poterit torqueri: & alij. Notanter dixi, si testis sit omni exceptione maior, nam si aliquem defectum patiat, cum tunc non semiplene probet, nullo modo seipso solo indicium faciet ad torturam, sic Farinac. supra n. 131. & latius dixi quesi. 37. n. 65. & 61. Carter. tract. de haeret. n. 118. Pagna dicto comm. 110. vers. secunda regula. Gabr. consil. 178. n. 6. lib. 1. Adde neque vnum testem omni exceptione maiorem sufficere ad torquendum reum, si reus denunciatus sit bonae fame, & virtutis apud omnes: Quia bona opinio infirmat dictum testis, & praesumptionem conuincit in contrarium: sic Simac. de catholic. insit. tit. 56. n. 23. & in enchirid. tit. 52. n. 13. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 36. Pagna 3. p. direct. quesi. 61. comm. 110. vers. non dubio tamen. Farinac. de haeretic. quesi. 185. n. 132.

Hinc inferitur locum criminis deponentem de delicto non praebere sufficientem probationem ad torturam, quia esto in hoc crimine ob fidei fauorem testis aliae inhabilis admittatur, non tamen admittitur vt integre probans, & tanquam omni exceptione maior, vt tradit Marfil. consil. 199. n. 15. volum. 2. Grammat. consil. 59. n. 1. Hippo. Riminal. consil. crimin. diuers. consil. 84. n. 9. Anton. Gom. tom. 3. rub. de probationibus delictorum n. 23. Bossius de indicis, & considerationibus ante torturam, num. 166. & 177. vers.

DE
S
T
R
A
T
I
O
N
I